



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu

**Dirckinck, Johann**

**[Osnabrugi, 1696**

Recitandi Rosar. B. M. V.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55025)

HORA IV.

**M**atutinum & Laudes orandi praxim  
vide supra ad Horam sextam matu-  
tinam pag. 79. &c.

PRAXIS I.

Recitandi Rosarium B.M.V.

**P**raxi I. est, dum rosarium, cum myste-  
riis gaudiosis, dolorosis, vel gloriosis, se-  
cundum anni tempora recitas, in prima cu-  
jusvis decadis salutatione, mysterium illi  
respondens nonnihil mediteris.

*Praxis II.* Ut pro attentione conser-  
vanda, breve suspirium interponas v. g. ad  
particulam *nunc*; ut sanctè vivamus, & in  
*hora mortis* ut sanctè moriamur. Quæ pro  
libitu variari possunt.

*Praxis III.* Ut ad singula mysteria, quæ  
salutationi interferis, petas aliquam virtu-  
tem v. g. per sanguineū sudorem pete resi-  
gnationem; per flagellationem, pete ca-  
sttatem; per coronationem, humilitatem;  
&c.

*Praxis IV.* Patris Ludovici de Ponte  
est. Dicendo primam decadem, invocare  
novem choros Angelorum præcipuè S.  
Ga-

Gabrielem Custodem Virginis, & petere ut eam laudent, ac Deum, ob dona ei concessa: & gaudere, quòd Angeli eam gaudeant, & habeant pro Regina eccellente: & laudare eam ac confiteri quod in eam sint gratiæ novem Chorum Angelicorum cum magnis excessibus & gaudere de hac excellentia, Deumq; laudare, qui illam dedit, atque optare, ut totus mundus eam laudet ac cognoscat, idque à Patre æterno & ejus Filio petere. Deniq; petere ab hac Domina donum aliquod; quo maximè eges, vel quod in Angelis enituit, scilicet puritatem, ac illos rogare, ut id pro te postulent, & apud Deum omnes intercedant.

Eodem modo in secundâ decade invocandi Patriarchæ, Prophetæ, Reges, præsertim S. Joachim, S. Anna, S. Joseph, & facienda alia, quæ facta in prima decade. In tertia decade invocandi Apostoli & Discipuli Domini, præsertim familiares Virginis S. Joannes & S. Lucas. In 4<sup>ta</sup> Martyres. In 5<sup>ta</sup> Confessores, Doctores, Religiosi. In 6<sup>ta</sup> Virgines, *Vidua & alia Sancta,*